



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

XVI. De quibusdam locis Gratiani Romanae editionis, & de aliis Nicolai capitibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

(14) In eadem editione inscriptio capituli 47. Sci-
ficitaris. 7. q. 1. hæc est : Item Nicolaus Papa Humi-
fido Morinensis Ecclesie Episcopo.

DE QUIBUSDAM LOCIS GRA-
tiani Romanæ editionis, & de aliis
Nicolai capitibus.

Dialogus decimussextus.

A. VESTRUM nunc est de Romanis
pagellis dicere. B. Quod ex beati Au-
gustini epistula CLIV. Gratianus refert de
jurejurando Laban, mendosum erat : *sicut*
Laban per Deum Sochot. Scribi enim debuit,
per Deum Nachor, ut in sacris libris est, licet
in Augustini editis libris sit *Jacob*. A. Vidistis
quid Ivo & Anselmus & liber Cæsaraugusta-
nus scripserint? B. Ivo a in Pannormi a habet:
Laban per Deos suos Sochot vel Nachor.
Idem in excerptionibus, *per Deum Nachor*,
ut etiam Romani referunt. In Anselmi libro
b omissa sunt hæc verba. In Cæsaraugustano
c est, *per Deum Sabaoth*, quod etiam inve-
nimus in veteri Gratiani libro. in alio tamen
non minùs veteri est *Sochot*. C. Romani re-
ferunt in vetusto Gratiani libro invenisse
Nachor. A. Id igitur retineamus quod in sa-
cris libris est. B. In eodem capite verba Gra-
tiani sunt : *sicut Joseph, qui per Pharaonem*
jurando, hoc in eo veneratus est quod Dei judi-
cio positus erat in infimis. In margine est :
Aliàs Memphis. Et in scholio : *In infimis*]

A a

22. q. 1. c. 16.
Mover. p.
Alia.

Gen. 21. vel
31.

a Ivo lib. 8.
tit. 8. c. 28.
Panor. &
par. 12. c. 35.
dec.

b Anselm. lib. 11.
c. 69.
c Cæs. lib. 6.
c. 19.

*Aliàs Memphis, quæ erat caput regni Pharaonis. & in alio scholio: Positus erat] scilicet Pharao. In infimis] id est, in mundanis. Vel positus erat, scilicet Princeps, in mundanis, vel in Memphis, quæ civitas erat vel caput regni. Hæc in Romano edita sunt ut jam pridem habebamus. In duobus quoque veteribus tuis Gratiani libris illa sunt, in infimis. & in altero eorum hoc scholium: id est, in mundanis, vel terrenis, & erat prepositus aliis. & in voce positus additur in margine: Pharao. In sacris libris, cùm de Pharaone agitur, Memphis nulla mentio est. A. Ego pro in infimis malo in summis scribere. in Memphis dicere per Grammaticos non licet. C. Barbara pyramidum fileat miracula Memphis, ait Valerius Poëta. Quibus verbis apparet Memphin claram fuisse illa pyramidum mole quas Ægypti Reges fecisse constat ex Herodoto & Diodoro Siculo. A. Invenies, ut opinor, apud Eusebium quis fuerit ille Rex Ægypti cui Moses servierit, eumque fuisse ante Memphin conditam ab Epapho Jovis filio. (1) B. Mendosè editum invenimus capite altero quæstionis quartæ ejusdem causæ in margine, *Matth. 4. pro Matth. 14. & Ivo par. 12. c. 3. pro c. 10. Et capite quinto desiderantur hæc: Raban. c. 21. pœnit. & Burc. lib. 12. c. 29. & Ivo p. 12. c. 12. & 84.* C. Ego in scholio capitis noni non rectè editum esse credo, *Sententiam] id est, communicationem. sed melius alij habent communicationem. Quæ verò ex Macrobio afferuntur,**

22. q. 4. c. 2.
Est etiam.

e. 7. c. 5. In
malis.

tripliciter contingit deos loqui, in somnio Scipionis reperiri aliis verbis existimo: Sed non advertunt hanc habere legem omnia () vel signa vel somnia ut de adversis obliquè aut denuntiant aut minentur aut moneant. & quæ sequuntur. (2) A. Imperfectas esse istas pagellas existimo, & mendosas. Integras & sine istis mendis habebimus alias. Interea Nicolai capita persequamur. Caput septimum decimi tituli, cujus principium est *Reprehensibile valde d*, Nicolai ad Carolum Imperatorem esse ait Gratianus post Ivonem *e* & librum Cæsaraugustanum *f*. Regem Francorum vocat Cochlæus. Estne in aliquo veteri libro? B. Inventa est Ludovico & Carolo Regibus missa epistula, cujus initium *Creddimus ex Dei dono*. Ex ea mutandum est pro *cum omnibus aliis*, *cum aliis*, voce *omnibus* omissa (3) A. Capituli octavi inscriptionem ad Radulphum sive Rodulfum Bituricensem Archiepiscopum vidimus, cum de capituli tituli octavi ageremus. Eadem est apud Ivonem. B. Ita est ut dicis. Sed fontes adhuc quærimus. (4) A. Titulus undecimus est de Presbyteris; cujus sex capita sunt. Primum caput non rectè Nicolao primo omnibus Episcopis adscribitur, cum sit Nicolai minoris in Concilio Romano capite tertio. Neque malè Ivo in Pannormia inscripsit: *Decretum Nicolai junioris & Alexandri*. quod etiam Demochares notat. Alexandri autem minoris verba refert, præter Ivonem, Gratianus *g* & liber Cæsaraugustanus *h*. (5) Caput alte-

Aa ij

e q. c. 9. Incommutabilis.
() omina *f*.

d 23. q. 8. c. 19. Reprehensibile.
e Ivo par. 5. c. 314. decret.
f Cæs. lib. 4. c. 84.

De consec. d.
1. c. 55. Porro.

Ivo par 5. c. 20. decret.
Dist. 32. c. 5. Nullus.

Ivo lib. 3. tit. 11. c. 3. Pan.

g c. 6. Præter dist. cap.
h Cæs. lib. 8. c. 44.

rum, cujus initium *Sacerdotes*, ex epistula missa *Carolo Archiepiscopo & ejus suffraganeis Ivo i & Gratianus k* adscribunt, *Carolo Archiepiscopo Maguntino* Cochlaus, *In gestis Concilij Vormaciensis* Demochares. Id confirmatur ex libro *Conciliorum* cap. xi. & xii. ejusdem Concilij. (6) Incertior est inscriptio tertij capitis, cujus initium *Si Presbyter*. Est enim apud Ivonem *l: Nicolaus Hosbaldo Episcopo Quadrantino*. Coepiscopo pro Episcopo habet Gratianus *m*, *Chorepiscopo* Contius ex veteri libro. *Osualdo coepiscopo* Joannes Cochlaus. Mihi *Osualdo Episcopo* magis placet, nisi tu certiora adferas. B. Nihil habeo de ea re dicere. *Osualdi Episcopi* nomine vidi libellum *Martyrologium* inscriptum. A. Idem *Osualdus* appellatur; fuitque ejus nominis sanctus vir Episcopus *Vintonensis & postea Eboracensis* in Britannia. in qua insula ego veterem librum *Osualdi Martyrologij* titulo inscriptum inveni. (7) Caput quartum, *Presbyter iste*, ex epistula missa *Gerardo sive Girardo Turonensi Archiepiscopo* Gratianus *n* inscripsit. Ivo o eum *Airardum* appellat. Quid tu ais? Fuitne aliquis hoc nomine Archiepiscopus, ad quem Nicolaus scripserit? B. Nihil habeo quod dicere possim. (8) A. Certior est inscriptio capitis quinti, cujus initium *Sciscitantibus*. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum*. qua melius est apud Gratianum & Ivonem *q* in *Panormia* quam apud eundem in *exceptionibus*. Sine inscriptione est in libro *Tarraco-*

i Ivo lib. 3.
tit. 11. c. 4.
Panor.
k Dist. 50. c.
33. Sacerdotes.

l Ivo par. 10.
c. 24. decret.

m Dist. 50. c.
39. Studeat.

n 2. q. 1. c.
10. Notum.
o Ivo par. 6.
c. 429. decret.

p 15. q. 8. c. 5.
Sciscitantib.
q Ivo lib. 5.
tit. 1. c. 11.
Panorm. &
par. 2. c. 83.
decr.

nenſi r. Eſt in editis capitibus cap. LXXI. ex quo poſſunt addi verba à Gratiano prætermiſſa. Aliter Lucius tertius refert hujus capituli verba, cùm ſcribit ſ: *sacramenta qua purgatoria cunctarum cogitationum exiſtunt. contagionum enim habet Nicolaus, non cogitationum, neque pollutionum*, ut eſt in quadam collectione t poſita poſt Concilium Romanum Alexandri tertij. (9) Sextum caput u inſcribitur *Nicolaus Thadoni vel Tadoni Archiepiſcopo Mediolanenſi*, apud Ivonem x & Gratianum. Quid tu his addis? B. Hoc tantum, de Presbyterorum flagellatoribus agere Nicolaum, non Clericorum; ut eſt in epitome. (10) A. Nunc ſurgendum cenſeo.

r Tarrac. lib. 1. c. 168.

f De cohabit. cler. c. 7. Veſtra. apud Greg. 1 X. c. 1. de vita & hon. cler. in 2. collect.

t Par. 50. c. 38.

u 17. q. 1. c. 23. De Presbyteror.

x Ivo par. 10; c. 20. decret.

A D D I T I O N E S.

(1) G R A T I A N U S ita ſcribit in eodem Romano libro ante caput 16. *Movet te. 22. q. 1. De his ita ſcribit Auguſtinus eadem epist. 154. ad Publicolam. Et in margine eſt: Sent. 3. diſt. 39. Anſ. l. 11. c. 75. Ivo par. 12. c. 35. Pann. l. 8. c. 117. Polye. l. 6. tit. 11. In Notis hæc ſunt: Quia ille] In epistolis B. Auguſtini excuſis legitur, quàm ille qui ei jurat falſos Deos colit. In codice earundem Vaticano, quando ille qui ei jurat falſos Deos colit. In editione Frobeniana & apud Ivonem, quia ille qui ei jurat falſos Deos colit. Nachor] Sic eſt emendatum ex loco ipſo Geneſis, Ivone, & uno vetuſto Gratiani codice, in cujus quidem vulgatis erat per Deum Sochet, in beati Auguſtini autem per Deum Jacob.] Verba Gratiani ſicut Ioseph & c. & ſcholij ut in dialogo.*

(2) Eadem cauſa quæſt. 4. cap. 2. Eſt etiam. hæc in eodem libro inſcriptio eſt: *Item Ambroſius de officiis lib. 1. c. 50. In margine eſt: Ibidem in Tole. 8. (addec. 2.) Sent. 3. diſt. 39. Ivo par. 12. c. 3. [ſcribe c. 10.] Pann. l. 8. c. 91. Matth. 4. (ſcribe 14.) In Na-*

tis est: *Custodire*] *Addita est vox ista ex originali Concilio Toletano, in quo refertur. De inscriptione capituli 5. In malis. eadem quaestione scriptum est dial. 15. addit. 3. hujus libri. Scholium Sententiam, id est, communicationem. c. 9. Incommutabilis. eadem quaestione sic est editum ut in dialogo refertur.*

(3) Quod attinet ad caput 19. *Reprehensibile. 23. q. 8. in eodem libro id ita inscribitur: Sed obicitur illud Nicolai ad Ludovicum & Carolum Reges. In margine est: Ivo par. 5. c. 334. Et in Notis: Epistola ex qua sumptum est hoc caput extat Roma in monasterio Dominicanorum scripta Ludovico & Carolo Regibus, cujus initium est Credimus ex Dei dono; in qua de Carolo, sermonem proprie ad ipsum convertens, queritur Pontifex ob quasdam excusationes, & hanc precipue, qua hoc capite continetur, nullos Episcopos Romanam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus, qui antea erat: ad Carolum Imperatorem. In casu relictum est: Carolus Imperator scribit &c.*

(4) De consecrat. distinctione 1. c. 56. Romanis, cujus initium est *Porro Gloria.* haec inscriptio est: *Item Nicolaus Papa Rodulpho Archiepiscopo Bituricensi. In margine est: Ivo par. 5. c. 20. Et in Notis Apostolico] Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus. Ivo tamen habet.*

(5) Ante caput quintum *Nullus Missam.* distinctione 32. haec in eodem libro verba sunt: *Item Nicolaus Papa omnibus Episcopis. In margine est: In synodo Romana CXIII. Episcoporum in basilica Constantiniana. Et: Pann. l. 3. c. 135. In extremo capite haec verba sunt. [Quicumque Sacerdotum & Diaconorum &c.] [Sicut in subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur.] Sicut in subsequenti] Hac clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai qua proximè ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus secundus in epistola, qua extat, omnibus Episcopis catholicis scripsit se in Concilio quod Roma habuit centum tredecim Episcoporum hunc canonem edidisse, quem postea Alexander secundus (ut ipse etiam testatur in epistola manuscripta)*

Concilio à se habito iisdem verbis repetiuit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai junioris & Alexandri. Inscriptio capitis 6. Prater hoc. eadem distinctione: *Item Alexander secundus.* Et in margine est: *In epist. proxima notat. indicata. Pann. ibid. c. l. 8. c. 142.* Et ad verba, *Papa Leonis*, additur: *Leo IX. in Concilio Romano.* In Notis est: *Et rogantes] Hec usque ad vers. deinde addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri; quorum aliqua etiam sunt in Concilio Nicolai, in quo est praterea sequens versiculus, Deinde, qui in epistola Alexandri non est.*

(6) In eodem libro inscriptio capitis 33. *Sacerdotes.* distinctione 50. hæc est: *Vnde Nicolaus Papa Carolo Archiepiscopo & ejus suffraganeis.* In margine est: *In gestis Concilij Vormaciensis c. 11. Vide Ivonem par. 10. c. 180. Pann. l. 3. c. 136.*

(7) Eadem distinctione, caput 39. *Studeat.* in eodem libro ita inscribitur: *Vnde Nicolaus Papa scribit Hosbaldo Chorepiscopo Quadrantino.* In Notis additur: *Chorepiscopo] Antea legebatur coëpiscopo. Emendatum est ex omnibus, qua collata sunt, vetustis Gratiani exemplaribus; optimèque convenit verbis Nicolai.* In margine est: *Ivo p. 10. c. 24.*

(8) Capitis 10. *Notum sit. 2. q. 1.* in eodem libro inscriptio est: *Item Nicolaus Papa Girardo Turonensi Archiepiscopo.* In margine est: *Al. Airardo. Ivo p. 6. c. 429.*

(9) Gratiani verba sunt ante caput 5. *Sciscitantib.* 15. q. 8. in eodem libro Romano: *Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum c. 71.* In margine est: *Extrà de cohab. cler. & mul. c. Vestra duxit. Ivo par. 2. c. 83. Pann. l. 5. c. 13.* Et in Notis: *Et cerea] Antea legebatur & c. Restitutum est ex originali, ex quo alia etiam sunt emendata & addita. Hieronymo] Est in epistola de septem gradibus; quemadmodum & quod sequitur Priusquam audias & c. est ibidem superius. Caput 7. Vestra duxit. de cohabit. cleric. & mul. ita inscribitur: *Lucius III.* In margine est: *c. I. eo. tit. in 2. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexan. III. par. 50. c. 18. Vox contagionum edita est. Retinenda igitur est in ea collectione.**

(10) Quod attinet ad caput 23. *De Presbyterorum.*
17. q. 4. ejus inscriptio in editione Romana est: *Item*
Nicolaus Papa Thadoni Archiepiscopo Mediolanensi.
In margine est: *In Chronico Mediolan. Ivo p. 10. c. 20.*

DE ALIIS NICOLAI PAPÆ
capitibus.

Dialogus decimusseptimus.

A. TITULUS duodecimus de Clericis
inscribitur. Tria tantum habet capita.
Primi capitis initium *Clericus qui.* Ejus in-
scriptio apud Gratianum *a: Nicolaus Papa*
Odoni Viennensi Archiepiscopo. apud Ivonem
b: Stephanus Adoni Viennensi Archiepisco-
po. Est etiam varietas in illis verbis: *De illo*
Clerico Alverico. Est enim *Alvico* pro *Al-*
verico apud Ivonem, *Albino* apud Contium,
qui *Othoni Colonensi* in margine adscriptus,
& *Adoni Viennensi* ex Ivone. Stephani non
habuit rationem. B. In veteri libro extat Ni-
colai epistula Odoni Archiepiscopo missa, ut
in indice scriptum est, Adoni in verbis plene
relatis. In eadem hoc non inveni caput, sed
illud quod alibi posuit Gratianus *c* ita inscri-
ptum: *Nicolaus Papa Adoni Viennensi Ar-*
chiepiscopo. Eadem inscriptione utitur Ivo in
excerptionibus & in epistulis. A. De eo capi-
te postea erit agendum. (1) Caput alterum,
cujus initium *Clericum,* quod apud Gratianum
e solo Nicolai Papæ nomine inscribitur, apud
Ivonem *f Nicolaus Vuilfredo Marinesi*

a Dist. 32. c.
4. De illo.

b Ivo par. 6.
c. 112. decret.

c 12. q. 2. De
reb. 22.
d Ivo par. 3.
c. 152. & in
epist. 71. vel
30. Belvac.
Decano.
e Dist. 50. c.
5. Clericum.
f Ivo par. 6.
c. 112. decret.